

prout confunditur cum delectatione, sed prout coincidit cum approbatione, ita ut idem si gaudere de copula conjugalii praterita, ac cam approbare. Ratio est, quia delectatio morosa ex se influit in libidine, & motus sensualis partit, non sic approbatio, & purum desiderium. 2. Licitum esse de pollutione naturali nocturna, & involuntaria non delectari, sed de ea habita gaudere, & cam desiderare ob aliquem honestum finem, nempe ad secundas, vel ob sedatas tentationes carnis, ad exonerandas, vel ob exoneratam naturam ob sanitatem, &c. quia tunc talis pollutio neque objective est mala; nam sic gaudens, & placens, non gaudet, & placet de pollutione, sed de sanitate, idem dicunt de desiderio. Id de pollutione negant Sotus, & Rodrig. in Summa, quia pollutio est ex objecto mala.

2283. Id certum est nullo pacto licere pollutionem nocturnam, & naturalem procurare etiam ad sanitatem obtinendam; quia tunc esset voluntaria in causa, & ab intrinseco mala.

2284. Si die Sabbatis delecteris de comedione carnis, aut illam desideres, praesila per intellectum, seu non intellecta die Sabbati; non peccas; quia separas malitiam, dum præscindis circumstantiam prohibitionis, seu sub qua est prohibitio. Peccas vero, si desideres comedere carnes pro die Sabbati, etiam si postea, retractata voluntate, non comedas; quia tunc non præscindis, sed concernis circumstantiam dici Sabbati, in primo inquam casu dies Sabbati habet rationem temporis, quo exigit, & sitactus desiderii; & ideo non transfundit malitiam in actum, qui concomitantiter se habet: in secundo se habet ut terminus se tenens ex parte objecti, ut ejus circumstantia, & ideo transfundit malitiam in actu.

2285. In qua re datur regula: in objectis malis, qui prohibitis, de iis per se consideratis delectari non est peccatum mortale, nisi delectatio fiat de re ipsa, & quantum prohibita. Bene vero in objectis prohibitis, quia malis, ut est adulterium, homicidium, &c. quia in primis potest objectum præscindi à malitia, non sic in secundis.

2286. Complacencia, seu delectatio de actu pecaminoso est peccatum, & contrahit candem speciem, & qualitatem malitiae actus. Si vero sit de modo, aut aliqua circumstantia in se non peccaminosa, v.gr. de dexteritate, industria, inventione, &c. in furando, &c. non est peccatum mortale, & aliquando neque veniale.

### DESIDERIUM REI ALIENÆ

2287. EST peccatum contrahens malitiam in iustitia; furti, si sit de re aliena obtinenda via illicita, & cum damno domini; fecis si videntur v. gr. veltem Patri, similem desideries, vel eandem emptione, donatione, aut alia via licita obtinendam. Decimo namque præcepto prohibent in concupiscentia, quæ septimum præcepto prohiben-

tur in facto: unde eo prohibetur deliberate voluntas aliena usurpandi, retinendi, aut dannum inferendi.

Scotus in 2. d. 42. quest. 4. lit. L. in 3. d. 15. quest. unic. lit. H. in 4. dist. 15. quest. 2. litt. LL. Matrius in Theol. Mor. disp. 11. quest. 7. & quest. 8. num. 151. Joan. da Cruz pag. 87. 6. præcept. Bonac. rom. 1. pag. 265. pag. 366. pag. 377. Tamb. tom. 1. pag. 183. & 297. Bulemb. lib. 3. tral. 4. cap. 2. Diana in pluribus locis. Castrop. Vericelli cit. Clericatus cap. 118.

### DE VII PRÆCEPTO DECALOGI.

*Non furum facies.*

### CAPUT I.

*De Justitia, & Iure.*

2288. **D**E Jure pro lege sumpto dictum est, cum de legibus, modo Ius est potestas legitima ad aliquam rem obtinendam, vel retenendam, aut ad aliquam functionem faciendam. Est duplex: in re, & ad rem. Ius in re est illud, quod per ipsam rei traditionem acquiritur. Ius ad rem est illud, quod aliquo iusto titulo habetur ad rem, ut eius traditio fiat. Ius in re dat actionem in ipsam rem, ita ut habens ius in re, habeat actionem ad eam sibi vindicandam, & a quo cumque possideatur. Ius ad rem dat actionem in personam, ut rem, quam v.gr. vendidit, donavit, &c. tradat. Principia juris species est dominium.

**D**OMINIUM  
2289. **E**ST facultas disponendi de re tamquam sibi subiecta. Est duplex: Jurisdictionis, & Proprietatis: Dominium jurisdictionis est potestas gubernandi sibi subditos, præcipiendo, prohibendo, præmiando, vel puniendo. Dominium proprietatis, est facultas dare, aliqua disponendi tamquam sua. Hoc est duplex, plenum, seu perfectum, & est facultas liberæ, & licet disponendi de re etiam in proprium commodum, & quod omnes usus à lege, vel conventione non prohibitus. Imperfectorum est illud, quod, vel haber proprietatem rei sine fructibus, & dicitur dominium directum, vel habet fructus sine proprietate, & dicitur dominium urile. Tale habet usufructarius, v.gr. domus, fundi, &c. cuius habet tantum usum, & fructum; rei tamen dominium residet penes ejus dominum directum.

2290. Usufructus est jus utendi re aliena, & percipiendi ejus fructus salva ejus substantia. Sic usufructarius est maritus respectu dotis uxoris, cuius dominium, & proprietas penes uxorem, aut ejus filios residet.

2291. Jus utendi est facultas utendi re aliena; non tamen percipiendi fructus, & salva ejus substantia. Hinc qui habet jus utendi equa, ea uti potest ad arandum, at non potest de ejus pallo disponere; qui vero habet ejus usufructum, potest utrumque; unde usufruc-

### Usufructuarius.

tuarius disponere potest de fructibus rei, tam pro se, quam pro aliis, vendendo, donando, &c. non sic usuariorum.

2292. Usus facti importat nudum usum rei, absque jure, aut dominio utenisi. Differt ab usuario, quia usuariorum habet ius utendi, ita ut si ab usu rei impeditur, potest illum ex iustitia exigere; non sic, qui habet simplicem usum facti. Ita Religiosi omnes in particulari: Franciscani vero, tam in particulari, quam in communione habent simplicem usum facti, sicut volucres celi, circa res, quarum pro sustentatione propria agent.

2293. In iis rebus, que ipso usu consumuntur, v. gr. in cibo, potu, ac vestitu, separari potest usus à dominio, ut constat in Franciscanis, qui quidem possunt uti pane ad manducandum, at non possunt de illo disponere, alteri vendendo, donando, &c. in modo usum, quem habent, dependenter à voluntate domini habent, qui est summus Pontifex, qui in se dominum suscipit eleemosynarum, & rerum omnium pro eorum necessitatibus subveniendis, à fideliibus subministratis.

2294. Jure naturae omnia sunt communia. Unde dominia fuerunt introducta, & distincta jure generum poti. Ad ea peccatum, ut sic pax, & humana societas conservaretur.

### USUFRUCTUARIUS

2295. **N**ON potest usufructum sine consenti su proprietorari donare, vendere, aut alio modo alienare; quod si faciat, illum amittit, & proprietario credit, ex L. Si usufructu. vers. Et si ex franco, ff de Jure dotum; quia est ius persona inhaerens, quod inde non potest in alium transferri, alias posset usufructuarius senex illud juveni concedere, quod est in præjudicium proprietarii.

2296. Quamvis autem usufructus alienari non possit, potest ejus commoditas, & utilitas alienari; & sic licet usufructuarius fructus vipeæ vendit; quia id non est vendere usufructum, sed fructum vipeæ, adeoque emptor fructum vipeæ percipit, minime nomine proprio, sed usufructuarii. Vide num. 2299. Castropol. de Jus. tral. 3. 1. dispu. pnd. 23. S. 3. num. 4. & 5.

2297. Fructus pendentes, & non recollecti per usufructuarum in ejus vita, cujusvis sint generis, sive naturales, sive industrielles, sive civiles, ad proprietarii spectant, ex L. Si Usufructuarius 13. ff. Quibus modis usufructu. amiri. Franch. dec. 168. Ant. à Spir. S. de Jure, & dom. tral. 10. dispu. 2. scđt. 3. Molina, & Sanchez.

2298. Difficilis est de fructibus maturatis, & non exactis; pro quibus quidem variant Doctores, qui tamen distinctione conciliantur.

Vel enim sunt naturales, & percepti; & hi ad usufructuarum spectant, & ejus heredes ex Famigerata, L. Desumpta, ff de Usufructu. Castillo de Usufructu, cap. 77. num. 10. Antonel. de Temp. leg. art. 46:

num. 9. Barb. in leg. Divortio, num. 22. In hujusmodi namque fructibus tempus receptionis attenditur, & quod sint à solo separati per usufructuarum, aut per alium nomine ipsius. Antonel. cit. num. 5. Castillo cit. num. 4. Qui idem docet, etiam fructus essent perceptioni, & recollectioni proximi, ex L. Desumpta.

2299. Vel sunt fructus civiles, qui de die iam diem percipiuntur. Et illi etiam ad usufructuarum spectant, ejusque heredes post illius mortem, ita ut possit eos alteri cedere, legare, & in testamento, aut alio modo de illis disponere. Bald. cap. 1. in fine de Pace ten. in usibus feud Franch. dec. 168. num. 11. & addit num. Peregrinus art. 49. num. 100. In hujusmodi namque fructibus non attenditur separatio à solo, sed solam celsio obligationis, ita ut id, quod in naturalibus operatur separatio, in civilibus operetur celsio obligationis; & sicut in naturalibus tempus separationis attenditur, ita in civilibus tempus, quo incipiunt deberi; cum igitur contractu inito, statim debeantur de die in diem; de die in diem usufructuario cedunt; adeoque licet non essent pro illa rata temporis exacti, usufructuarii acquiruntur, ejusque, ac ejusdem heredum lucro pro illa rata temporis cedunt. Usufructuarii inquam est verus, & realis fructuum maturatorum dominus; unde cum praediti fructus sint maturati tempore illius dominii, pro remanent non exacti, & pro ejus heredibus; eo mortuo.

### DOMINI PROPRIETATIS ACQUISITIO.

2300. **A**ntea nullius erat, sufficit sola ejus apprehensione; quia quod nullius est, iure gentium occupatur; & qui capiuntur, naturalem libertatem recuperant, sunt primò occupantis, sive in proprio fundo capiantur, sive in alieno. Non tamen animalia de se mansuetæ, & domesticæ, ut gallina, columba, anseres domesticæ, & fera usu mansuetæ; bac enim licet longis abserent, quandiu retinent consuetudinem redeundi, sive sui domini, eique restituenda, si capiantur.

2301. Columbaria est licita, adeoque ad nihil teneat dominus pro columbarum cibo.

2302. Fera, & volucres venatione captae in fundo alieno sunt capientis, quia nec sunt pars fundi, nec ibi suam naturalem libertatem amiserunt, ac proinde nullius sunt, & ita primò occupant. Si autem redditus fundi consistit in venatione, non sunt capientis, sed domini fundi.

2303. In venatione, si fera, aut volucres sit ita leviter vulneratus, ut fugere posset, tunc, si alius cum fugientem capiat, est capientis; quia naturalem libertatem non amiserit. At si vulneraverit, quantum factum sit ad capiendum, & vulnerans est eum fugientem insecurus, & sine dubio capturus, est vulnerans, nec alius potest illum prævenire, quia adest moralis certitudo comprehensio. In dubio, an qui vul-

vulnerat, esset capturus, est capientis, quia censemur suam naturalem libertatem habere. Si vero, ita laqueo si irexitus, ut fugere non posset, tunc, si alius eum dissolvat, non est dissolventis, sed ejus, qui laqueum paravit, quia per suum instrumentum eum quasi manu apprehendit; & volucet naturalem suam libertatem amissit.

2304. *Thefaurus est, verus depositio pecunia, cuius non extat memoria, ut jam dominum habeat. Si inveniatur casu in fundo proprio, est inventoris; si in alieno, dimidium est inventoris, & dimidium domini fundi. Si inveniatur arte magica, totus est Fisco Regii in penam delicti, sed post sententiam. Si in loco publico, vel sacro dividit debet cum Fisco, vel Praelato, cuius est locus. Si non casu, sed data opera quis sine licentia domini effodiens eum inveniat in fundo alieno, tenetur totum reddere domino, deducitis expensis. Hac de jure natura, communi, & Canonico, atque in foro conscientiae. Pro foro autem externo attendenda sunt pragmatice & confutundines propriae Regnorum, quae solent Principi concedere.*

2305. Sciens in alieno fundo esse thefaurum, potest fundum communi pretio sine ullo onere emere; quia thefaurus non est pars fundi, nec, vendito fundo, spectat ad dominum fundi. Adducit Tamburin, paritatem de Pharmacopola, qui emere potest vili pretio factem lignorum, ubi adeo cognovit herbam pretiosam communiter ignotam. Nec obstat lex unica *Cod. de Thefauris*, quod thefaurus in alieno fundo inventus dividendum sit, ut dignum sit domini fundi, quia supponit cum dominum fundi, tempore, quo sit inventio thefauri. *Castropol. tom. 7. tract. 3. 1. dis. univ. punit. 17. Tamb. tom. 1. lib. 8. tract. 4. cap. 1. §. 3.* Qui plura, & fusse.

2306. Ad acquirendum autem dominium rei, que ante alicius erat, requiruntur semper titulus, & regulariter traditio. In aliquibus casibus in iure expressis non requiritur traditio. Ita 1. in Beneficiis Ecclesiasticis sufficit sola collatio, & acceptatio. 2. in donatione, aut venditione facta Ecclesie, Civitati, aut locis piis. 3. In legatis. 4. In hereditatibus.

2307. Titulus, in quo fundatur novum dominium rei, qua ante alterius erat, jure communi, & humano est multiplex, videlicet belli, prescriptonis, coniunctionis, aut alicius contractus civilis.

## BELLUM

2308. Quando justum, dictum est à num. 103. In bello justo bona capta, si sunt immobilia, sunt Principis; si mobilia, jure gentium sunt capientium, jure tamen civili sunt prius ponenda in communi, & postea à Capitaneo dividenda militibus, juxta merita, ut sic animofores fiant, nisi adiut confuetudo, ut unusquisque, quod capit, retineat; vel ut mobiliis pars cedat Principi, aut Communitatii.

2309. Excusantur milites tritemium, dum naving Turcarum ascendentis, aliquid pro se surripunt; nam Princeps non praesumitur rationabiliter invitus, sed potius permittere ad animandos milites, qui pro eo propriam exposuerunt vitam; eo maxime, quia major pars illi cedit. Hinc Duces viident, sciunt, & dissimilant; expresse autem non concedunt, ne libertate militari, licentia data, omnino pro se surripiant. *Bonac. dis. 3. de Contract. q. 2. part. 4. num. 9.*

2310. Ceterum praxis est, ut quidquid extat in parte superiori navis, vulgo *sobre la cubierta* sit militum.

2311. Repressalia sunt licita, si certò constet, à Civibus unius Regionis esse illatum damnum. Civibus tua Regionis, quod non posset alia via compensari.

2312. Si bellum sit injustum, bona capta particularium sunt restituenda, non communitatii, sed propriis dominis, si fieri posset.

Si bellum sit ex utraque parte injustum, tunc hiuc inde capta non sunt restituenda, sed compensantur. *Alarius lib. 7. verb. Bellum. num. 4.*

Si bellum putatum iustum constet postea fuisse injustum, tenentur ad restituendum bona, quae extant; aut in qua facti sunt dittiores, si non extant.

2313. In bello justo, licet hostes, quos innocentes putas, aggredi; quia ipsa aggreffio est defensio. *Sous.* Non licet tamen eos ex intentione occidere; licet vero spoliare, aut capere ad debilitandum hostem, nec estonus restitutione.

2314. Mobilia, inmō & immobilia in bello iusto capta, si compensationem dannorum excedant, non sunt restituenda, sed retineri possunt punitionis titulo. *Molin. dis. 177.*

2315. Urbe fidelium non debet in prædam dari, nisi id necessarium judicetur ad expediendum bellum, ad milites, animofores reddendos, & hostes terrendos. *Molin. dis. 122.* Et tunc, ea in prædam data, omnia bona possunt diripi, etiam ianocentium, qui justitia bellii non tenerunt illud discurrere, sed tota Urbs hostis præsumitur. *Cajet. verb. Bellum, vers. 4.*

2316. Bona Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum non possunt diripi, nec occupari; quod si fiat, sunt restituenda, & reparanda. *Dama;* quia non sunt membra Reipublice temporalis, nec hostes, ac inde ob delictum Civitatis, aut Princeps corum bona occupari non possunt. Occupari tamen possunt virtutia intra Monasteria deposita ab hostibus. *Mendo.*

2317. In bello justo licet Urbem incendiare, si aliter capi non potest, quamvis multi innocentes cum nocentibus occiduntur; quia non directè occiduntur. *Sous de Just.*

2318. Item possunt à Princepe repeti expensa pro recuperatione facta.

2319. Hostibus vicitis licitum est tributa im-

ponere in compensationem, aut penam.

2320. Obsides vulgo *Rehenes*, si sint de numero nocentium, violata ab hostibus fide, possunt occidi. *Vit. num. 55.*

2321. Capti in bello justo possunt fugere, at non possunt dominis inequentibus vi resistere.

2322. Post adeptam victoriam, non licet innocentes occidere; sicut tamen servi capti in bello cum infidelibus.

2323. Clerici, & Religiosi possunt Sacramenta ministrare. Item, urgente necessitate, menia, & portas custodire; immo ad id in repencino bello tenentur, ex *Cap. Et venit.* At non licet propriā manu pugnare, nisi se defendendo. *Vide num. 723.*

2324. „Si aliqui ad Ecclesiam configuant, ut inde pugnant, possunt à præstantibus ex adverso invadi, occidi, & extrahiri, quia violetur imperii muneras; quia illi inde pugnantes se reddiderant immunitatis exortes. *Ita Mendo, num. 7.*“

Similiter si Princeps sit Clericus, potest ex justa causa indicere bellum, milites congregare, ad pugnam incitare, & alia requitalia parare; at non potest propria manu pugnare.

2325. Lictum est bellum indicere haereticis, ob solam haerescim, in quaerant turbant pacem Ecclesiarum, & Reipublicarum. Barbaris, ob barbariem. Infidelibus, si immolent innocentes, aut humanas carnes edant, vel si tidei Prædictores nolint admittere, vel ei transmittant ad alias Provincias denegent. Et Idololatriis, ob solam idolatriam, & juris naturæ violationem. *Ita Mendo in Epit. num. 10.*

2326. Miles peccat mortaliter, si fugiat, aut suam stationem relinquat, etiam si instet vita periculum; nisi si sit spes, ut possit conservari.

2327. Militi agrotanti debetur stipendium.

2328. Capitanei non possunt titulo compensationis pro stipendio dimidiato, aut male soluto, tot militum facta nomina scribere, quot sufficiunt ad supplendum stipendium. *Arslein tom. 2. p. 2. tract. 6. q. 1. contra Lefsum,* quia est contra regulas compensationis, ob maximum, & evidens dannum Reipublicarum, & Patriæ, quæ inde periclitari posset.

2329. *Arslein* cit. duo nota. 1. Princepem Parmensem aliquibus Patribus Societatis respondente, non esse faciendum scrupulum Capitanis ob quaeritor, aut quinque plazas muertas. 2. *Vix in militia recepto,* Capitaneo concedi locum mortuum pro duobus, aut tribus famulis, & unum pro signifero, eti famulos aut non habeat.

At hoc secundum notatum non est componendum cum primo; quia esset defectus notabilis militum, circa quem non potest rationabiliter presumi indulgentia Princepis.

2330. Non possunt Commissarii Capitanis, & militibus aliqua oppida onerare, ut ab aliis, quæ se redimunt, pecuniam accipiant. *Arslein cit. q. 6.* Quia tenentur julfianum distributivam servare, ut æquæ, quantum fieri potest, loca graventur; tunc autem

ob pecuniam ab aliis acceptam, magis reliqua loca gravarentur, quod est injustum, nisi pecuniam illam in gravatorum levamen impendant.

2331. Pabulatio non est licita militibus, & aliis in terra non hostili, amicorum scilicet, aut subditorum ejusdem Princepis, si pabula sufficientia advehantur, aut possint emi; quia non plus juris habet miles ad aliena pacua, quam ad alienum patrem. *Ita Lefsum.*

Si autem pabula, quæ dueuntur, non sufficient, & non possint ob inopiam emi; quamvis non defint, qui dicant, adeste receptam consuetudinem libere pabulandi, quando pro utilitate Provinciae bellum geritur, in quantum hoc onus sit commune, & compensetur emolumen perceptis, & percipiendis, ut refert *Arslein cit. q. 7.*

2332. Rectius dico cum eodem: tunc licita est pabulatio ratione extrema necessitatis, quia omnia sunt communia; cum hoc tamen, ut cum primùm exequi potest, fiat compensatio illi, qui enorme dampnum est passus: ratio est, quia extrema necessitas transfert absolute dominium in indigentem, in rebus ordinariis, quia purum bonum privatum alterius concernunt; in rebus vero extraordinariis, seu magni pretii, non transfert absolute dominium, sed solum dat jus, ut indigena sublevetur; quod obtineat potest per mutum, aut commodatum. Ratione prestat æquitas, & prudenter, omnium moderatrix legum, quæ nec suffert, ut ob extremam necessitatem indigenis depauperetur familiæ; hoc namque cedit in grave Reipublicæ dampnum, inde est contra bonum publicum, quod privato prævaleret.

## QUÆRES:

2333. An merces, & bona mobilia extraneorum amicorum, que reperta fuerant intra navem captam hostium, possint jure belli incorporari?

**C**ertum est ex dictis, jure belli iusti bona capta hostium, sive mobilia, sive immobilia incorporari, & ipsis hostes capti fieri servos, aut captivos, si sint Christiani. Hoc premillio.

2334. Dico, non possit incorporari, si constet esse bona extraneorum, sed reddenda esse propriis dominis. Molina dis. 121. Con. 3, quia Rex nullum habet juri in illos, cum non sint partes Reipublicæ inimicæ.

Unde, si putans invincibiliter esse hostium, bona fide incorporaverit, deveniendo in notitiam, quod sunt bona extraneorum, tenetur dominis restituere bona, quæ extant, aut id, in quo factus est dicitur.

Insuper illa scienter ementes tenentur ad restituionem, ut ementes à fure. Quod si non constet; possunt emere; quia ad Fiscum spectat considerare, au sint bona aliena.

## P R A E S C R I P T I O .

2335. **S**EU usucapio est acquisitionis dominii rei temporis spatio legibus definito, continuata. Ad licitè præscribendum rem, tres conditiones requiruntur: 1. Bona fides, ut quis prudenter puteat, rem esse suam, seu nesciat, esse alterius. Unde ex Reg. 2. de Regulis juris. Possest male fidei alio tempore non præscribit. 2. Titulus, sicut probabilitas presumptus, v. gr. successionis, donationis emptionis, &c. 3. Continuatio possestionis per certum tempore præscriptum.

2336. Pro mobilibus, ut sunt vestes, pecunia; animalia, naves, &c. requiruntur tempus trium annorum cum titulo, & bona fide. Nisi sint res furtivæ, de quibus infra.

2337. Pro immobilibus, ut sunt prædæ, domus, &c. inter præsentes, qui scilicet in eadem civitate, aut territorio habitant, requiruntur tempus decenniæ annorum cum titulo. Inter absentes, qui scilicet in diversis territoriis habitant, tempus viginti annorum, si adit titulus. Rectè addit Pirhing. lib. 2. tit. 26. s. 2. Quod si præscribersit per partem temporis præsens, per partem absens, sit servanda proportionis absentia, & præsentia; ita tamen, ut anni absentia duplicitur; adeoque, si qui rem immobilem usucapit, sit per quinque præfens, reliquo tempore absens, quindecim anni ad eam præscribendam requirantur.

2338. Res furtivæ, & res vi possesse nunquam præscribuntur, nisi purgato vitio, ita ut non solum ipsi fur, sed neque quisvis aliis secundum, aut tertius bona fidei possessor, qui ab eo quovis titulo accepit, usucare potest; quia res est vitiosa, & infecta.

2339. Vitium rei purgatur duplicitate. Primo per reditum rei ad dominum; si enim res ad suum dominum redeat, potest postea ab alio bona fidei possessor tempore ordinario usucapi. Secundo per bonam fidem, & tempus longissimum, videlicet trigesima annorum. Et ita qui rem à fure, aut à vi possidente, bona fide accepit, & maximè tertius, qui non à fure, sed ab alio bona fidei possessor accepit, potest rem illam præscribere, minime tempore ordinario, sed extraordinario trigesima annorum. Ex Leg. Omnes, & L. Sicut in rem, Cod. de Præscript. 30. annorum. Card. de Lugo tom. 1. de Just. disp. 7. scđ. 8.

2340. Qui idem probabilitate docet num. 151. de ipso fure, quod posset rem illam præscribere tempore trigesima annorum post bonam fidem supervenientem. Potest enim furi adversire bona fides, puta si confessarius putatus doctus ei diceret, se potuisse licere rem illam accipere, tunc inciperet effe possessor bona fidei, & ex tunc inciperet præscribere, non quidem tempore ordinario, sed extraordinario; vitium namque intrinsecum rei obstat ad præscriptionem ordinariam, minime ad extraordinariam longissimi temporis cum bona fide. De Lugo cit.

2341. Res immobiles sine titulo, sed cum bona fide, itam inter præsentes, quam absentes, præscribuntur tempore trigesima annorum, si sint privatorum. Pirhing, cit. Hæc de rebus privatuarum personarum.

2342. Contra Principem, Fiscum, & Ecclesiastem, pro immobilibus requiruntur iugis tempus, de quo Jurista. De Lugo, & Pirhing, cit. fus.

Contra Ecclesiam Romanam pro immobilibus requirunt spatium centum annorum; contra Ecclesiam inferiorem spatium quadraginta annorum. Pro mobilibus sufficit idem tempus trium annorum, quia pro illis nulla Ecclesia habet privilegium. Can. ult. & 16. quest. 3.

2343. Quibus positis conditionibus, si potesta comparear dominus, non potest rem ab eo, qui eam præscribit, repetrere; quia iam translatum est dominium; quæ lex præscriptionis introducta est jure civili in peccatum negligentia, & ne rerum dominia diu incerta, ac suspensa remaneant, ut sic consulatur paci, & obvietur litibus, ob quod bonum publicum Principes, qui habent potestatem disponendi de rebus privatorum ob bonum commune, legem præscriptionis constituit. Faganus. lib. 3. cap. Si quis, num. 53. pag. 338.

2344. Qui sunt dominii incapaces, ut Religiosi, non possunt circa res corporales præscribere. Item res sacrae non possunt præscribi. Servitus non potest præscribi, libertas verò à servitu mängcipi præscribitur per spatium annorum viginti. Debita præscribuntur per spatium trigesima annorum. Vide à n. 244

## C O N T R A O N U S M I S S A R U M

2345. **P**robabilis mihi est contra Tamb. quod nou posset dari præscriptio. 1. Quia sicut onus Missarum non potest contra Sacerdotem præscribere, quatenus non patitur aequitas, ut qui bona fide putavit se servum, advertens, se non esse servum, in servitute perdutus; ita nec Sacerdos, aut haeres potest contra onus Missarum præscribere, quatenus pietas christiana non patitur, ut animæ Defunctorum in Purgatoriis carceribus detentæ, omnino substituantur sacrificiis illis, quibus ipse in hac vita, aut sui pro ipsis confulnerunt, & Sacerdotes, aut haeredes inde gaudent, unde ipsæ plorant. 2. Quia ex jure res pupillaris, sunt statu pupillari, præscribi non potest, animæ autem Purgatoriis, quoad suffragia eis debita sunt pupilli, quia sicut pupilli ob defectum ætatis, ita animæ ob defectum status rem suam gerere non valent; unde sicut negligentia, aut carentia tutoris non potest cadere in detrimentum pupilli, ita nec negligentia, aut carentia haereditum, &c. in detrimentum animarum; adeoque contra eas non datur præscriptio, nam præscriptio est introducta in penam negligentiajus proprium; nulla autem negligentia potest imputari animabus, cum alia voce clamare non valeant, nisi illa Job cap. 19. Misericordia mei &c.

EXEM-

## Exemplum præscriptionis.

211

## E X E M P L U M P R A E S C R I P T I O N I S :

2346. **S**unt novem anni, ex quo Petrus bona sit de, & titulo successoris possidet domum quamdam, & percipit fructus, modo icit, eis Pauli præsentis, ad quid tenetur?

Dico, teneri restituere domum, quia nondum est clapsum decennium, item, & fructus illos ultimos, qui non compleverunt triennia, si extant, aut id, in quo ex illis factus est diutor; non tenetur autem restituere fructus sex annorum priorum; quia cum pro eis sit clapsum tempus triennii, jam sunt præscripti; tenetur, inquam, restituere fructus à triennio infra, minime à triennio supra: si vero sit clapsum decennium, ad nihil tenetur, quia jam dominum præscriptis, & fructus, quos inde acquirit, ex re sua acquirit. Vide à num. 2338.

## C O N J U N C T I O

2347. **R**ei unius cum re alterius potest contingere quatuor modis. Per Alluvionem, Adjunctionem, Confusionem, & Admixtionem.

## A L L U V I O

**E**ST duplex, Latens, qua pars fundi unius infibilitate fundo alterius adjungitur; Patens, qua pars fundi unius vi fluminis in alterius fundum transfertur. Augmentum fundi factum per latentem alluvionem est ejus, cui adjungitur; per patentem est ejus, cuius erat.

Incola per alluvionem de novo nata. Si sit nata in alto mari, quod sub nullius dominio sit, est primi occupantis. Si in medio fluvio duo dominia dividente, dividitur inter eorum dominos. Si in eodem fluvio, sed prope tuum agrum, est tua. Si propè agrum tui vicini, est illius.

## A D J U N C T I O

2348. **E**ST, qua res unius adnectitur rei alterius, ut si pars vestis unius constutar vesti alterius, seu gemma unius annulo alterius. Adjunctio est rei, qui discerni potest, & separari; alia est confusio, vel admixtio.

Res adjuncta est domini cuius erat, eique restituenda, quia discerni potest, & separari.

Aedificia, & plantæ solo alterius bona fide adiuncta, sunt domini fundi; qui tamen tenetur solvere expensas. At si mala fide adjunxit, nihil tibi debetur.

## C O N F U S I O

2349. **E**ST, qua res unius rei alterius conjungitur, ita ut non posset discerni pars, quæ unius sit, & non alterius; ut cum vinum unius miscetur cum vino alterius; lana unius cum lana alterius, ex quibus pannus intextus. Si confusio est facta causa, & de confusione utriusque domini, est res dividenda pro rata. Si est facta uno volente, altero nolente, aut nesciente, res est ejus, cuius est major pars, cum onere reddendi estimationem par-

tis materia alterius; quia pars minor erit accessoria, ac proinde sequitur principalem. Idem dic de pretiosa pictura in vili tabula alterius: tunc inquam, tenetur pictor reddere pretium tabula. E converso, si pictura sit vilior. Si sint æquales, resolvit, ut modo de Admixtione, num. 2353.

## A D M I X T I O

2350. **E**ST, qua res unius conjungitur rei alterius, ita ut quamvis possit physice pars unius assignari, non potest faciliter dignocri. Ut cum triticum, aut pecunia unius miscetur cum tritico, aut pecunia alterius.

Si Admixtio est facta causa, vel de utriusque domini confusio, est res dividenda pro rata.

Si est facta uno volente, altero nolente, aut nesciente: tres regulas tradunt Doctores. Tamb. tom. 1. lib. 8. tract. 3. cap. 3. §. 4. à num. 16.

2351. Prima est: Si pars, quam admisces, sit notabilis, & animum expremsum habuisti non acquirendi dominium cumuli; cumulus in tuo hordeario non erit in tuo solo dominio sed utriusque, & teneris restituere ex cumulo pro rata; quia dominium non acquiritur sine voluntate acquirendi.

2352. Secunda: Si pars sit notabilis, & voluntatem habuisti acquirendi dominium, tunc eris dominus totius cumuli, ita ut res alterius per conjunctionem transferit in tuum dominium, ut non teneatis eam in individuo restituere; quia ita te habes, ac si rem alterius v. gr. frumentum consumperis, aut pecuniam expenderis: unde solum teneris ad equivalentem, uti quando rem alterius consumis. Idem dic, si eam voluntatem nec includis, nec exclusis; quia tunc adest voluntas implicita.

2353. Tertia: Si pars alterius cognosci faciliter potest, sed non separari sine totius destructione, ut si filii aureis tuæ vestis sint immixta, & intexta fila argentea alterius, tunc videndum est, quod sit principalis, ut in num. 2349. Si partes sint æquales, tunc potior est ratio nolentis, aut nescientis; qui tamen, si rem pro se eligat, tenetur ad equivalentem. Semper vero favendum est rei, ne destruatur. Ita Tamb. cit. Vide infra Tit. Causa excauantes à restituente.

## J U S T I T I A,

2354. **Q**UÆ est præcipua virtus ex quatuor Cardinalibus, definitur: Confusio, & perpetua voluntas jas sum unicue tribuendi. Dividitur in legalem, distributivam, & commutativam. Legalis est, que inclinat ad observantiam legum, que sunt ad bonum commune ordinatae. Distributiva est, que inclinat ad distribuenda subditis bona communia, nempe honores, dignitates, & premia justa proportionem meriti, & conditionis persone: Commutativa est, que inclinat ad ponendam & conservandam aequalitatem rei ad rem inter bona privata privatrum. Legalis rectè ordinat partes ad totum, distributiva totum ad partes, commutativa partem ad par-

Dd 2

tem

tem in mutuis commerciis humanis; & hoc est justitia propriæ dicta habens pro objecto ius strictum, nempè jus proprietatis, & respicit æquitatem arithmeticam datæ, & accepti; distributiva vero solum respicit æquitatem geometricam, qua inter proportiones versatur, intendens premium, aut honorem juxta proportionem meriti, & conditionis personæ; unde sola iustitia commutativa, si violetur, onus restitutioñis parit; iustitia autem distributiva, si violetur, non parit onus restitutioñis ratione sui, sed ratione iustitia commutativa, si ei sit adjuncta.

## EXEMPLUM:

2355. **S**i quis milie aurores relinquit puerilis in Monte Pietatis detentis, distribuendos juxta cuiusque inopiam, tunc ille, cui incumbit distribuendi cura, formam iustitia distributiva servare tenetur, hoc modo; ut pecuniam non nisi puerilis ibi detentis distribuat, & tali forma, ut ea sit proportio pecunia, quam una puerla accipiet, ad pecuniam alteri tradendam, qualis reperitur inter inopiam unius, & alterius, si inopie ratio sit habenda; quod si distribuendo, talem non servet proportionem, contra iustitiam distributivam peccat simul, & contra commutativam, ob pecuniam, que ei obveniebat ex donatione alterius; cum enim donator hanc proportionem in distributione servari voluerit, perinde est, ac si singulis certam pecunia summan affigisset. Ita Mafrius.

Scotus in 1. d. 17. q. 2. litt. LL. in 3. d. 34. q. 2. litt. L. in 4. d. 15. q. 2. litt. M. d. 46. q. 1. litt. B. Mafrius in Theol. Mor. disp. 3. quest. I.

CAPUT II.  
DE CONTRACTIBUS.

2356. **C**ontractus est patrum, ex quo ultro, ciroque oritur obligatio, seu est reciprocus consensus duorum, aut plurium signi sensibili expressus: alterius partis deficiente consensus, nullus est contractus.

2357. Contractus est invalidus. 1. Si contraentes sint inhabiles, aut si eis non concedatur libera administratio suorum bonorum, aut si eis resolutus ius positivum; unde invalidus contrahunt Religiosi, filii familiæ, qui scilicet sunt sub patria potestate, & non iam emancipiati, uxores, furiosi, prodigi, pupilli. Pupillus pubertati proximus, & minor habens curatorem, contrahentes sine tutoris, aut curatoris autoritate, validè contrahunt in suum commodum; minimè in suum incommodeum; alterum sibi obligant, sed alteri non se obligant.

2358. Secundum: Si contractus celebretur sine solemnitate subfiantiali à lege requisita sub clausula irritante; imò tunc contractus est invalidus, etiam si fuerit initus cum ignorantia solemnitatis: hinc matrimonium contractum cum aliquo impedimento direcente, etiam ignorante, est nullum; quia talis solemnitas, & conditio à lege requisita se tenet ex parte formæ contractus, forma autem est de essentia rei,

seu contractus; adeoque sine illa etiam ignorata, res subfisterre non valet.

2359. Tertiò: Contractus initi ex metu gravi iniuste incusso ab alio homine ad finem eos extorquenti, sunt invalidi jure naturæ, etiam si interior, qui metum passus est, consensum habuerit; & consequenter per eos non transfertur dominium, aut usus. Villalobos, Diana, Leander, & alii contra Castrop. & de Lugo. Ratio non est, quia deficit liberitas, & consensus; quia sicut eum non tollis metus gravis justè incusso, ita nec iniuste incusso. Sed ratio est, quia si contractus meticulosus esset validus jure naturæ, ex iniustia oriretur iustitia, quod implicant, obligatio inquam, qua est actus iustitia, oriretur ex contractu per injuriam extorto, adeoque iniusto. Tum quia, qui per metum gravem injurium contractum extorquet, si ex eo aliquid habet, tenetur sub mortali id statim restituere, etiam ante sententiam Judicis, quod non esset verum, si contractus non esset invalidus jure naturæ.

2360. Dices ex com. doctrina: Baptismus, & cetera Sacraenta, Matrimonio excepto (de quo in num. 1649.) valide suscipiuntur, non obstante metu gravi iniuste ab alio homine incusso ad finem extorquenti.

Resps. disparitatem esse: quia Sacraenta (Matrimonio excepto) non sunt radices, nec actus iustitiae, nec inducent obligacionem iustitiae, sed Religionis, aut alterius virtutis; & idem ad eorum validitatem non requiriuntur consensus, qui sit contractus, sed sufficit consensus liber, & voluntarius simpliciter, sicut ad meritum, & peccatum, qui consensus stat cum coactione, & metu gravi explicato: contractus vero est radix iustitiae, & ex eo oritur obligatio iustitiae, unde ad illum requiriuntur consensus, qui sit contractus, qualis non est consensus coactus, sed perfectus voluntarius, & liber; nam coactio, & injurya, cum sit actus iustitiae, non potest causare consensus, qui sit radix iustitiae.

2361. Clericis, & Religiosis est prohibita negotiatio per se ipsos, minimè facta per alios; quia Clement. 1. de Vita, & Honore. Cleric. apponit particularum personaliter. Tum quia, si fiat per alios, non habetur diffractio ad terrena, qua est finis legis.

\* Nunc jam est prohibita per Bullam Apostolica servitutis 25. Febr. 1741. à Bened. XIV. editam, quam habes in Append. pag. 130.

Negotiatio est, cum quis rem sibi comparat eo animo, ut integrum, & non mutata carius vendendo, vel permuto lucretur. Quia est valde diffractiva, & indecens, & ideo prohibita Clericis.

Non est eis prohibitum, si emant, pecora, que pastus suis saginata vendant; vel si greges alant, ut factus lac, lanam vendant, quia vendant fructus suorum prædiorum, aut suarum rerum. Nec, si emant agrum cum fructibus immutatis, corisque vendant. Nec, si id, quod ad proprios suis emant, postea mutata confitio, carius vendant. Ita Busemb.

Con-

## Contractus promissio, donatio.

2362. Contractus validus obligat in conscientia, & si ledatur, ad restitutionem.

2363. Contractus alii sunt nominati, qui habent proprium titulum, seu nomen, ut emprio, mutuum, &c. de quibus modò: alii innominati, qui proprium titulum non habent, sed explicantur his verbis: do, ut des: facio, ut facias: do, ut facias: facio, ut des.

De vi, meo, dolo, aut errore in contractibus vide à num. 1645. ad 1668.

## PROMISSIO.

2364. **E**st altius, quo quis sp. mte, & liberaliter pollicetur alteri aliquid dare, vel facere. Promissio vera, & libera, qua non est simplex positura, seu offendit animi, & voluntatis aliquid faciendi, sed qua unus alteri obligatur, idque offendit per signa externa, & in materia licta, pariter & donatio, si sit acceptata, obligat in conscientia, & sub mortali, si materia sit gravis. Scotus in 4.d. 28.

q. 1. contra plures tenentes non peccare mortaliter, sed solum esse mendacem, & infidelem. Non obligat autem ante acceptancem, etiam si sit facta Ecclesia, nisi si facta Deo per modum voti, quia obligatio ex alterius partis consentu dependet, nec obligatio promissio mere interna; quia contractus obligatorius debet esse signis externis expressus. Vide dicta de Juramento, & Voto.

## DONATIO

2365. **E**st donatio liberalis, seu translatio dominii alij rei non debita ex iustitia in alium: quod si non fiat liberaliter, sed pro retributione, erit venditio, aut unius pro alio commutatio; si fiat solo verborum officio, & sit acceptata, dicitur imperfecta; si fiat vero cum rei traditione, dicitur perfecta, & transfert dominium in re. Ante acceptancem potest revocari, etiam si facta per publicationem.

Conditio impossibilis, aut turpis ei apposita, habetur pro non adjecta.

2366. Donatio omnium bonorum inter vivos, est invalida jure civili; quia est nimis prodiga, & privat potestate testandi. At si sit facta Ecclesia, non potest jure civili impediri. Mendo verb. Donatio, num. 3. Vide num. 2362.

2367. Donatio non solum acceptata, sed etiam tradita revocari potest ex jure civili in pluribus, casibus, & t. Donatio facta inter vivos ob enormem ingratitudinem donatarii, nimurum, si donatarius atrocis injuriis donatori intulerit, si eum verberaverit, si scienter grave damnum in ejus bonis attulit, aut si inopia laborarent non auctorit; donatarius autem non tenetur ad restitutionem nisi post sententiam, quia haec est pena: unde ingratitudo debet à Judice probari.

2368. Secundum donatio facta causa mortis potest à donatore usque ad mortem revocari, sicut lega-

tum, & testamentum; quia includit implicitam conditionem, nisi revocetur.

2369. 3. Si donatio facta à Patre fuit tanta, ut non relinquat filiis, quantum petit legitimæ eorum portio, dicitur inoficio, hoc est, contra officium pietatis, & hec si sit facta alicui ex filiis, revocatur tantum usque ad legitimam aliorum; si sit facta extraneo, animo defraudandi filios, vel sit facta Ecclesiæ, aut causa pia, revocatur usque ad filiorum legitimam.

2370. Si vero donatio facta à Patre, aut Mater, non excedat id, de quo disponere possunt, non tenetur filius in partitione hereditatis illud computare, quia talis donatio confirmatur morte. Imò si sit donatio remuneratoria, quia facta extraneo valeret, etiam ab initio valet, nec indiget morte confirmari. Sylv. verb. Pecatum. Mendo verb. Filius, num. 20.

2371. 4. Si donatio facta à Rege enomiter Regnum ledat, potest ab ipso, aut successore revocari. 5. Prole carens, si magnam partem bonorum donavit, revocare potest, superveniente prole.

2372. Donationes inter vivos inter coniuges sunt prohibite à jure, cuius ratio est, ut appareat, amorem conjugem fine prelio facere. Valent tamen 1. Si fiant causa mortis, seu in tempus soluti matrimonii.

2. Si fiant ob causam piam, aut sint remuneratoriae.

3. Si uxor donet marito causa dignitatis obtinenda, aut publici muneri exercendi. 4. Si maritus condonet dotem, aut faciat contra dotem, seu ob justam caufam augeat uxoris dotem. Vel si aliquid annuum, aut mensal donet uxori ob vestimenta, & alias necessitates. Vel si ingrediatur Religionem, & in ea profiteatur. 5. Si sit dives, & modice donet.

2373. Donatio inter sponsos de futuro valet, si non fiat in tempus futuri matrimonii.

2374. Qui invalidè matrimonium contraxit, potest, quæ donavit uxori revocare; quia ex errore, & motivo matrimonii donavit; debet tamen compensare damnum pudoris.

Vide num. 1892. Vide à num. 990. verbo Lar-gitio munier. & tom. 2. à num. 130. ad num. 138.

Scotus in 4. d. 30. q. 1. lit. B. & E. dis. 15. q. 2. lit. 1. Mafrius in Theol. Mor. disp. 4. q. 1. & 2. Joana Cruz 7. præc. pag. 103. Bonacini. tom. 2. pag. 556. & pag. 744. Tamb. tom. 2. pag. 245. 254. Busemb. lib. 3. træt. 5. cap. 3. Diana part. 1. træt. 8. Clericatus cap. 145. num. 17. 18. Mendo verb. Donatio.

## MUTUUM

2375. **Q**uod secundum nominis etymologiam idem est, quā: de meo tuum fit, definitur: Contractus, quo rei numero, pondere, vel mensura contractus dominium, & usus à mutuante in mutuantarum usque ad ceterum tempus transfert, cum obligatione restituendi eandem, vel similem in specie, & bonitate.